


UNIVERSITÉ DE PARIS

FACULTÉ
DE
THÉOLOGIE
DE PARIS
THÈSES

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
M.S.
691

The image shows a book cover with a complex marbled pattern. The pattern consists of large, swirling, organic shapes in shades of blue, brown, and cream. The swirls are arranged in a somewhat regular grid, with each swirl containing smaller, intricate patterns of the same colors. The overall effect is dense and visually busy. In the center of the cover is a white oval label with black text.


BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.

691



Volume de 318 feuillets
(moins 33, 143, 220, 238, 239, 272, 301, 302)

20 Juin 1912.



258 a 240

FACULTE DE THEOLOGIE DE PARIS.

BACCALAUREAT.

NATURE DE L'INSPIRATION DES LIVRES SAINTS.

THESE.

L'ABBE

LÉRIS

vicare a S^t Etienne-du-mont.

1868.

100

~~P. B. M. D. A.~~
NATURA

INSPIRATIONIS APUD AUCTORES S^{TOS}

~~THESES.~~

P. PRENOTANDA.

De existentia istius
Inspirationis apud auctores sacros
tam Veteris quam Novi Testa-
-menti, deque eius extensione
ad omnes Scripturae sacrae cogit-
-ationes vel ad omnia verba, hic
non agitur.

Tractus vero de accurata

disquisitione Inspirationis, id est, de
recognitione hujus supernaturalis
operationis apud auctores sanctos, ut
in universum examinata, disserere
possimus, de eius effectibus quoad
Intellectum, quoad Voluntatem et
quoad Sensibilitatem.

De triplici hac Divisione,
in triplici articulo dicemus. —

ARTICULUS PRIMUS.

NATURA INSPIRATIONIS QUOAD INTELLIGENTIAM.

Intelligentia, ut aiunt Insti-
 -tutiones philosophicae, est illa mentis
 facultas qua circa verum cognoscendum
 versatur. Inspiratio autem quoad
 Intelligentiam, est illud auxili-
 um supernaturale naturali huic facultati
 prestatum. Munera huius facultatis,
 vulgò his duobus verbis exprimuntur,
visus et Intellectus quae sub respectu

3/10
----- 6. -----
sensuum naturaliter, metaphoricè
vero sub respectu mentis sumuntur;
hic per solum verbum VISUS expri-
-mentur, et ideo auxilium de quo
agitur, Illuminationem nominis di-
-cimus.

Haud dubium est, auctores
sanctos dono accepisse quamdam
singularem Illuminationem, super-
-naturalem sanè quoad modum,
quamvis non semper quoad objec-
-tum; nam certum est ex una
parte nullum errorem libris subrexisse
suis, altera vero parte certum est
eorum Intellectum sanctos dum-

— 7. —

scribebant libros eorundem, afflante Spiritu sancto, direxisse manus : quum, natura ipsa eorum ingenii, predictis libris imprimatur. Ceterum innumera sive apud Scripturam sive apud Traditionem inveniuntur argumenta quae existentiam Illuminationis confirmare videntur. Igitur non ut caeci scribebant auctores sancti, sed aperti oculis, et, omnia quae scribebant sentientes, quamvis non semper omnia plane mente complectentes.

Illuminatio dividitur potest quoad tempus descriptionis libri, quoad objectum,

quoad modum, et denique quoad gradum.

Illuminatio quoad tempus
scriptoris libri, vel fuit antecedens,
vel concomitans, vel subsequens; Hæc
ultima nihil aliud est quam confir-
-matio seu approbatio supernaturalis
rerum jam cognitarum; sic verbi
gratia Jesus-Christus confirmavit
responsiones quas provocaverat —

« recte judicasti — bene respondisti — bene dixisti. »

sic Deus comprobavit Jeremiam pro-
phetam dicens: « bene vidisti. » —

Illuminatio Concomitans est ipsa
Illuminatio actualis; et Illuminatio
Antecedens potest esse Illuminatio

— 9. —

virtualis si effectus illius perdurat
sum scribitur liber.

Illuminatio quoad objectum
est Implicita vel Explicita. —

Hoc, principia tantummodo et sum-
-maria probet; expressa erat
in mandato Moysi ^{dato} a Deo lo-
-quendi dato ad petram « loquimini
ad petram » cum promissione salientis
aquo, hoc enim mirifica potentia
inebat verbo isto « loquimini » —

Implicita vero apostolis repromisit —
Jesus-Christus inspirationes omnes
quas in necessitate eis donandus erat
« Parvulus ille vos docebit omnia » Sic quoque

illis implicitè omnes Veteres Testa-
-menti prophetas tradidit his verbis:

« Scrutamini Scripturas et testimonium perhibent de me. »

Illuminatio quoad modum
potest esse vel Positiva vel Negativa.
Prior veritatem probet, posterior
errorem evincit et hoc prior est
Mediata si cum labore et Immediata
si haud labore existit.

Illuminatio quoad gradum
duplex est: prior veritatem probet
solemnè prostando mancipium de
errore devicto, posterior vero non
prostando. Et hoc est auctorum
Asceticorum Illuminatio quo

oratione assequitur: eam omnes
 per vota a Deo postulare debent,
 in protissimum qui numeribus
 funguntur supernaturalibus; Deus,
 peculiariter in gradu, sanctis eam
 Ecclesie Patribus, ^{donavit} congregationum
 fundatoribus, usque omnibus qui
 bene de Ecclesia meriti sunt; ea
 fuit, interdum, ut ^{idem} infallibilitatem
 prestare potuerit. Sed tamen
 fatendum est, talem, multoties, ad vi-
 tandam errorem haud necessariam
 esse Illuminationem. Nam
 sanctissimis concessa viris supradictis,
 prerogativam infallibilitatis ^{eorum} donavit

tantummodo particulationem, et quoad
 necessitates, ratione temporis, postu-
 -latas; vel quoad utilitatem pecu-
 -liarem, peculiaris societatis hominum.
 Nunquam vero formam publicam
 et solemnem induit ut omnium
 fidelium divinitus fidem requireret.
 Proterea qui Dei beneficio tali
 munere donantur, sua sponte, et
 libentissime, iudicio pastorum Ecclē-
 -siae obtemperare solent ut allu-
 -cinationis possibilitatem etiam
 effugiant. Hoc autem Illumina-
 -tionis genus, a proposta thesi
 nostra, diversum est. Hic tan-

tantummodo de Illuminatione cert-
-am prostante infallibilitatem -
agitur.

Illuminatio Infallibilis
duplex est prout, ex parte Subjecti
illo munere donati, status requisitus
passivus id est attentio, vel prout,
labor seu actio postulatur. Prior
Revelatio appellatur, posterior
auxilium vulgo dictum, Assistentia.
Et haec duo promisceri solent.
De utraque pluribus accurate
dicamus. —

Sanctis auctoribus necessa-
-ria fuit Revelatio ut cognoscerint

facta omnia, omnes etiam veritates
 que leguntur apud Scripturam, quas
 autem nullo modo naturaliter
 audire poterant. Ad alia aliquo-
 ties extenditur, sed prater solitum,
 nam « neque in necessariis desit solus Deus
 neque in non necessariis redundare. » Hinc
 vera est hoc Jesuitarum Lovaniensium
 propositio: « Non est necessarium ut singula
 veritates et sententiae sint immediate a Spiritu
 sancto nisi scriptori inspirata. » Si verbis
 istis a immediate inspirata » ut fateri
 videntur Revelationem proprie dic-
 tam intelligunt.

Dupliciter generali modo

existit Revelatio : modo exteriori
 et publico, quādo cumque Deus, mediis
 exterioribus usus est, Supernaturaliter
 manifestandam veritatem, omnibus
 hominibus in iisdem circumstantiis
 exterioribus positis, et eodem mente
 intus naturaliter dispositis. Sic
 verbi gratia Israelita omnes, sub
 montis Sinai radicibus, Dei vocem
 audierunt. Sic omnes ex comitate
 Iesu-Christi discipuli, verba illius
 excipere potuerunt; omnes Israelita
 miracula promulgationem legis,
 omnes vero Christi discipuli, promul-
 -gationem Evangelicam, confirmantia
 viderunt.

20 *Essentia Revelatio, modo in-*
teriori, privato, privato, peculiari.
In ea, res, a Deo sic quoad facultates
ordinantur, et facultates quoad res,
ut hi soli easdem res percipere
possunt, qui in iisdem conditionibus
peculiaribus et Supernaturalibus
positi sunt. Fit haec Revelatio,
per auditiones, vel Visiones; et
omnes istae Perceptiones Super-
naturales, assueto nomine Visi-
onum appellantur.

Dupliciter, praecipuo in
 ordine dividuntur Visiones: Reales
 et Imaginariae.

Realis Visio ea est quo objec-
 -tum immediata ut in se est, varè
 percipit. Dupliciter adhuc subdivi-
 -ditur scilicet: Visio est Intellec-
 -tualis — vel Sensibilis, prout objecta
 per ideas aut per formas sensibiles
 ac reales, verbi gratia loquelam seu
 articulataam seu scriptam, percipiuntur.
 Sic abominations in templo Sensibili
 ac reali forma vidit Ezechiel. Sic
 Moyses Deum tanquam hominem
 colloquebatur « ore enim d' os loquitur ei —
 palam et non per enigmata et figuras vidit Deum. » —
 praeterea Suggestiones et intima col-
 -loquia, non ignota prophetis, sapè

percepit Moyses, per Visiones Intellectuales, id est per Ideas et per interioriores voces.

Imaginaria Visio ea est qua non objecta percipit, nisi per signa vel Symbola tantum apparentia, et plurimum datus incerta, ut imagines nullo cum corpore et imaginaria verba. Sic viro Petro, Gentilitates conversio, per ambages apparuit, in enigmate vasis cogitandam velut linteae magnae, in quo erant omnia quadrupedia et serpentina terro, et volatilia caeli, id est omne commune et immundum animal. Plurimum

Apocalypsis Visiones sunt Imaginaria.
 Haec sapie visio interpretatione opus
 est Divina, quae, nisi prius pre-
 -paretur, donatur per vel post
 visionem, ope visionis alia quae
 vel Intellectualis, vel Sensibilis
 esse potest; quae insuper alio
 subjecto aliquoties concessa est;
 In Joseph et Daniel, visiones
 Imaginarias regum Egypti et
 Babylonis interpretati sunt.

Visiones sapie in naturali
 somno eveniunt per somnia ut
 Joseph; vel in extasi (εὐ-εἰστασιῶν)
 seu in mentis excessu. —

Præter Publicam ac Privatam Revelationem, alia distingui potest Mixta quæ partim publica, partim privata videtur. Sic Judæi ut ait Moyses, vocem Dei sub montis radicibus audire, sed Deum ipsum non viderunt; porro Moyses Deum in sensibili forma vidit, quum facie ad faciem colloquebatur ei et palam vidit Deum. » Sic etiam apud Joannem legitur « venit vox de celo: » et scripsi et iterum clarificabo » Turba ergo quæ stabat et audierat dicebat tonitruum esse factum, alii dicebant: angelus et locutus est. » (Joan. c. XII. 28-29)

Inde constat, Revelationem Divinam non fuisse in hoc casu generalem,

etiam quoad omnes qui audierunt; hoc
 fortasse tribuenda est disparitas, natu-
 -rali personarum et sensuum statu,
 vel dicendum est Deum speciali ac-
 -tione sensus hominum tenuisse ne
 intelligerent: « oculi eorum ut legitur de
 discipulis Emmaüs apud Placcam
tenebantur ne eum agnoscerent. » vel etiam
 dicendum est, -sensus eorum qui
 intellexerunt, eximia potentia pre-
 -ditos esse, ut paulo post, eorundem
 discipulorum intelligentia « tunc
 aperuit illis sensum et intelligerent scripturas - ».
 Petrus apostolus, in die Pentecostes,
 turbis Revelationes dicebat, quibus-

oblectatus esset, sed tam insoluto et
 arcano modo dicebat, ut unusquisque
 ex pluribus extraneis hominibus,
 sua in materna lingua, cum au-
 -dibat.

Visiones saepe ministerio an-
 -gelorum eveniunt; Angelus Ga-
 -briel tanquam nuntius Dei est apud
 Danielem (c. viii. et ix.). Lex ipsa per
 Angelos data fuit, ut docent Paulus
 apostolus et Stephanus diaconus.
 Moysi apparuit angelus in flam-
 -ma ignis de medio rubi, ab an-
 -gelo sua in missione auxiliatus
 est, et Angelum sicut Iudaei in-

monte Sinai audivit (Ep. ad Galat. c. 10.) —
 sed ex iisdem constat textibus hos an-
 gelos, angelum esse Verbi Dei, qui,
 se ipsum sua in hypostatica unione
 cum humanitate, in Evangelio ma-
 nifestavit. Angelus ille, qui, Mo-
 ysi loquitur Deus ipse est, nam
 evidenter solus Deus dicere potest:
 « Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac
 et Deus Jacob. » In apocalypsi praeterea
 non angelus, sed ipse Jesus-Christus
 de ipso dicere potuit « ego principium
 et finis. »

Assistentia et Illuminatio
 laborem scriptoris terminans ac fe-
 cundans, ut errorem vitet et veri-
 tatem aperiat. Scriptoribus Inve-
 -tis necessaria fuit, quotiescumque
 Inadente non vera Revelatione,
 scripserunt; porro saepe hoc fac-
 -tum esse videtur, praesertim apud
 libros historicos. — Auctor libri
 secundi Machabaeorum, veritatem
 rerum, in scriptorum sinceritate
 reponit. — Lucas nihil se scripsisse
 dicit, nisi ex primis Jesu-Christi
 testibus haustum (c. i. v.) — Joannes
 ait se scribere quod vidit, audivit,

et manus eius de Verbo vita contrec-
 taverunt. Liber Paralipomenon
 in antiquioribus monumentis, idem
 in historicis libris Samuelis Gad
 et Nathan innotuit. In pro-
 -citato Lucae et Joannis textu,
 Revelationum antecedentium et
 publicarum sane apparet ordo,
 sed minime actualis effectus Re-
 -velationis peculiaris, quem certe
 obtestati fuissent, hunc illis si
 prestasset Deus. Lucas et preser-
 -tim auctos libri secundi Macha-
 -beorum de labore magno ipis
 necessario loquuntur. Hi omnes

sola plures donati sunt Assistentia,
 quae, satis illuminati sunt ut er-
 rorem vitarent, nec non ut inves-
 tigationem et indagacionem animi
 omitterent.

Assistentia sensus, memoriam,
 Imaginacionem, rationem, quod-
 multa, omnes Intellectus facultates
 arripit et occupat, has circum-
 ducit et emendat, minime vero
 excludit, ut pro illis se supponat,
 advigilat et operam dat, ut oculi
 aures, tactus, mens, memoria,
 ratiocinatio, iudicium, suo nu-
 mere proprio bene fungantur ut

vitetur error, Duplice Scientia et
Revelationis in mancipio.

Assistentia de qua hic
agitur, probè similis est Assistentia
que, Ecclesia infallibilitatem as-
serit, sed differentia hæc est
inter eas: alterutra ad objecta
jam revelata vel inspirata ex-
tendi potest; sed ope Assistentia
scriptoris sancti, notiones non
adhuc revelata neque inspirata
oriri possunt, que tamen us cer-
ta, de quacunque materia, habe-
buntur, assistentia gratia, certi-
tudine supernaturali; ope

autem Assistentia quæ donatur
 Ecclesia, res jam revelata vel
 inspirata infallibiliter distinguen-
 tur; minima vero agitur de
 rebus quæ ad Religionem non
 afficiunt.

Igitur Inspiratio quoad In-
 telligentiam summam, hoc du-
 -plici judicio exprimi potest:
 uno doctrinali « Res utæ vero sunt »
 altero effectivo: « scribenda sunt »

Insuper jam nunc Ins-
 piratio quæ Intelligentia comitante
 incessanter, voluntate ad Sensibilita-
 -tem perducetur.

ARTICULUS SECUNDUS. —

NATURA INSPIRATIONIS QUOAD VOLUNTATEM.

Duplex est questio in hoc articulo : Quid est Impulsio in genere ; quotuplex est ?

II.

quid est Impulsio in genere.

Omnis ut advertatur arguta controversia quid sit voluntas ?

Voluntas ut totum illud omnes nostras
 complectens proprias agendi rationes.
 Impulsio quoad hanc voluntatem
 est auxilium supernaturale ut
 Illuminatio de qua Superius tractatus,
 sed auxilium peculiari natura:
 ut vis quaedam agens, motus quicumque,
 impulsus. Impulsus iste fit et
 quidem necessario quotiescumque
 sanctos in scribendo libros voluntas
 aderit; sin aliter Dei propositum
 de quibusdam rebus scribendis irritum
 fieri possit. Et si quod intendat
 factus esset, voluntate hominis, non
 autem *Dei* factus esset; humanum

non Divinum opus conficeretur ;
 verbum hominis plus vel minus
 cogitatione Dei permixtum haberemus
 minime vero ipsum Dei verbum.

Itaque Sacrorum sub
 impulsu Divino Scriptorum vo-
 luntas in exercitio fuit : 1^o ad
 audiendum , 2^o ad ordinandum
 (componendum) 3^o ad verbis expri-
 -mendum .

1^o ad audiendum .

Revera in Revelatione publica
 attentio interior exteriorque
 erant necessaria , ne non in

privata seu interna Revelatione,
 si in opere essent exteriores
 sensus; in Somno autem vel
 in extasi sola necessaria erat
 interior attentio que in volun-
 tate sedem habet. Sed ta-
 -men, in hoc casu, voluntas est
 primum attentiois instrumentum,
 quum aliter, verum, sub Divino
 impulsu, ejusdem sit principium.

2^o ad ordinandum.

Collata operis materia, auctos
 eligere debet et varias ordinare
 partes, propriam omnibus dando

266

significationem. Sic auctores Divi-
 -no spiritu afflate, delimitata
 materiã, non omnia, personali
 in Revelatione communicata, vel
 auxilio assistentia inventa; sed
 tantum illud a Deo designatum
 cum ordine et verbis suggestis
 scripserunt. Joannes, exempli
 causa, jussus est multa scribere
 sed quodam alia in visione
 audita, tacere. (apoc. x. 4.) Et
 Daniel somnium scribens, brevi
 sermone comprehendit: Summa-
 -tineque perstringens loquitur.
 (Dan. VII. 1.)

3^o ad verbi exprimendum.
 Auctores sancti omnia, ulla sine
 omissione, corruptione vel altera-
 -tione scribere debebant, id est
 summa cum integritate; porro,
 sub solo impulsu voluntatis scri-
 -bere poterat manus eorum, volun-
 -tas vero sub solo impulsu Divino.
 Insuper precepta Dei ejusque
 mandata seu verbis seu scriptis
 expressa, difficultatem magnam
 afferebant quam acerrima
 sola voluntas superare potest
 ut invenitur sepe in
 prophetarum et apostolorum vita

qui hanc supernaturalem vim
 ex impulsione divina tenebant.
 (Iona - Balaam.) Denique Scriptura
 et Traditio non dicunt tantum
 auctores sanctos sub impulsu divi-
 -no doctos fuisse sed etiam sub
 eodem impulsu locutos fuisse nec
 non scripsisse a facta est manus Domini
 super eum super me. 2. apud Sanctum
 Petrum tanquam impulsis, attractis
 uno vero lat. (αεροπεροι) a
 spiritu sancto ostenduntur et haec
 est Inspirationis nota praestanti-
 -sima. Hic nil exteriori infla-
 -tu vel angelorum ministerio agitur

omnia vero intimantur et aguntur
ab eodem Spiritu Sancto qui
locutus est per Prophetas.

II.

Quotuplex est Impulsio. —

Impulsio ut Illuminatio
dividi potest quoad tempus, quoad
objectum et quoad modum.

Quid sit Impulsio ante-
cedens, concomitans, actualis
vel virtualis ex solo nomine

intelligitur.

Impulsio vero subsequens in nullo sensu intelligitur.

Impulsio negativa nil aliud esse potest ac coercitio, vel repulsio quâ voluntas in gyrum assignatum compelleretur quando falsa aut tacenda exprimere vellet.

Quoad modum seu quoad vim Impulsio libertatem abijere potest vel determinare. In primo loco Necessitans, in secundo autem Determinans appellatur. Divini afflatus impetus et furor, libertatem

aliquantisper ut viridi animi
affectus, quandoque terminare po-
-teat; sic Jeremias dicere potuit:

« Factus ut in corde meo quasi ignis exstans, claususque
« in ossibus meis, et defici ferre non sustinens. » —

(Jerem. xx -- 9.) Sed hæc necessitant
Impulsio per se invenitur apud
auctores sacros, nam Deus volun-
-tatem humanam etiam liberam
gubernare potest. « Attingit a
fine ad finem fortiter et dispo-
-nit omnia suaviter. » Hoc
patet etiam ex verbis apostoli:

« Spiritus Prophetarum Prophetae subjecti sunt; ubi
« autem Spiritus Domini ibi libertas — » —

In Impulsionibus autem Diaboli facultates animae et corporis, ut videtur in possessionibus ita vincuntur ut voluntas humana non regitur sed obruitur. Igitur auctores sancti liberi sub impulsu fuere divino et ideo simplicitate determinatus fuit eorum Impulsio.

Duplex est :

1^o Ea Impulsio quae solum et plerumque facilem attentionis laborem auctoribus sacris imponit materiale addito verborum ordinationis labore : ita ut maxime arcana et preclariissima

librorum loca minore labore
 scripsissent: inde magis aperta
 aliis, exsoluta et velocia videntur.
 Sic Jeremias non sicut ac si
 in libro legisset prophetas Baruch
 dictabat; Sic David dicebat
 ipse: «Lingua mea columas velociter
 «subvertens.» Sic Paulus apos-
 -tolus sua vehementia et impetu
 plerumque obstupescit; Sic poetas
 prophetae magnopere prestant.

2^o Alia est Impulsio deter-
 -minans quae plus vel minus
 laboris scriptoribus imponit sive

in inventione et electione materia
 sive in compositione. Sic Divus
 Lucas, libri secundi Machabeorum
 auctos et alii omnes de historicis
 factis et de traditionalibus doctrinis
 scribentes auxilio hujus deter-
 -minantis Impulsiois gratifi-
 -cati sunt. Et hoc ut differ-
 -entia prioris a posteriori de-
 -terminante Impulsiois: apud
 prophetas impetus Spiritus Sanc-
 -ti apud vero historicos auctores
 directio ut ita dicam agnoscitur.

Hoc ut Impulsio determinans

128
que corpori Pastorum Ecclesie
docentium in Concilio Oecumenico
Donatus. →

ARTICULUS TERTIUS.

NATURA INSPIRATIONIS QUAD SENSIBILITATEM.

Duplex est pars in hoc articulo : 1^o de Excitatione Sensibilitatis 2^o de quiete Sensibilitatis.

Per Sensibilitatem intelligi potest facultas sentiendi quod in

anima et corpore agitur.

Inde duplex Sensibilitas: Psycho-
logica et Physiologica.

Inspiratio quoad Sensibilitatem
est influxus Inspirationis in
Sensibilitate.

Influxus ille duplicem
habet effectum: 1^o Excitationem
2^o Quietem Sensibilitatis.

II.

De Excitatione Sensibilitatis.

Sub influxu Inspirationis
Ratio et voluntas, Imaginatio et

memoria, sensus et manus in
 exercitio esse possunt conjunctionem
 seu Disjunctionem, ut videre est in
 duobus articulis precedentibus; —
 porro non alia sunt Pheno-
 -mena duplicis Sensibilitatis —
 de qua loquimur. Per motum
 Sensibilitatis sub influxu Divinae
 Inspirationis character est exi-
 -dentissimus furoris (Entousiasme)
 propheticus, cuius gradus sub
 Impetus.

Impetus isti inveniantur
 apud auctores sacros, praesertim
 apud Prophetas.

David omnes sensus animi
 vehementissime depinxit. Job
 doloris morsus et tormenta inan-
 dita maledictionis et impreca-
 tionis acrimonia expressit. —
 Jeremias adeo tristitia mortuus
 est ut melancholia etiam in
 omnibus verbis sentitur.

Impetus illi saepe
 sermonem allegoricum magis
 loquentem et pervulgatum apud
 orientales populos et presertim
 apud Judaeos genuere. Sic
 scinduntur vestimenta in doloris
 digno. Jeremias jugum super

collum portat. David ante aram
 saltat - etc - etc. In his om-
 nibus furoris Divini impetibus,
 si ita loqui fas est, vehementer
 permota est Sensibilitas et exci-
 tata, sed minime perturbata,
 sensus animi cum digno ex-
 teriori perfecte concordant.

Furor naturalis poe-
 tarum absque inspiratione
 divina proprie dicta nihil
 aliud est quam exemplar fu-
 roris prophetici sicut in
 Scriptura per verbum prophetizare

expressus. Furor autem Diabo-
-licus qui generaliter Divinus
vocatur sed qui melius Demoni-
-acus appellaretur, non exemplar
sed purum et improbum furoris
Divini mendacium est.

II.

De Quietate Sensibilitatis.

Facultates quodam ani-
-mo quum vehementer excita-
-te sunt eo magis alia in
quodam torpore obducuntur.

Homo ad omnia simul atten-
 dere nequit; quod si ad plura
 attendit, vim attentionis suae
 necessario minuit. Sic Ins-
 pirationis phaenomena partim
 Sensibilitatem excitant et exal-
 tant, partim debilitant.

Quo magis Intelligentia et
 voluntas intentae sunt, eo magis
 sensus exteriores silentur;
 Ut fit in oratione extraordi-
 naria nomine Unionis, Extasis,
 mentis Ereptionis cognita;
 in qua sensus exteriores et
 etiam imaginatio et memoria

gradatim capiuntur absque corporis offensione et perturbatione ut accidit in possessionibus et obsessionibus diabolicis. —

Sape etiam arcana sua et voluntatem, hominibus desumptis, per somnum, Deus manifestavit ut Joseph vero Maria et Joseph puero, ut Pharaoni et Nabuchodonosor illis modo lucido hi vero obscuro.

Conclusio. —

Inspiratio est impulsus —
 Spiritus Sancti sanctos auctores
 determinans non ad scribenda omnia
 —ia verba sed scribendas Cogitationes
 —iones omnes quas illis dictabat
 —abat de veritatibus factis vel
 rationis ad eorum intelligentiam
 propulsis sive per media naturalia
 —alia sive per Revelationem
 externam vel internam, semper
 eos ab errore tuendo cum plus

vel minus influxus in earum
Sensibilitate.

FINIS.

1^o — Inspiratio quoad Intelligentiam
est illud auxilium Supernaturale huc
facultate prestatum. —

2^o — Sub hoc respectu, nomine Illumi-
-nationis cognoscitur et multiplex est
ratione temporis, objecti, modi et
gradus.

3^o — Inspiratio quoad Voluntatem
Impulsio nominatur id est auxilium
Supernaturale, sed auxilium peculiaris
naturae seu res quedam agens, motus

120
quicumque, impulsus aspectu multiplex
ut Illuminatio, ratione temporis, objecti,
modi et gradus —

4°- Fervore Sensibilitatis sub influxu
divino Inspirationis est character evid-
-entissimus furoris (l'enthousiasme) pro-
-pheticus, cujus gradus sunt impetus.

5°- Furor naturalis Poëtarum nihil
aliud est quam exemplar furoris pro-
-pheticus.

6°- Furor diabolicus non exemplar
sed periculum et improbum furoris divini
mendacium est —

7^o - Inspirationis phenomena partem
sensibilitatem excitant, partem debi-
-litant, etenim quo magis Intelligentia
et voluntas intentata sunt eo magis
sensus Exteriores silentur ut fit in
Extasi.

8^o - vide 1^a Conclusionem de 1^a Thesi page 51.

268

Faint, illegible handwriting, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Further faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side.

267

100

209

376

270

191

271

